Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



quia due amice sunt iustitia et pax et ipse se osculantur Qui iustitiam
amicam pacis sit iustitia amantium amabit nos et ipsa pax Nec
veniet ad nos ut vult augmentum iustitia et pax
osculate sunt vbi glossa cum fuerit iustitia inuenietur pax et non
aliter Iuxta id dns ministrat p psalmistam ps lxxxvi
dicens Si autem dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis
meis non ambulauerint si iustitias meas profanauerint et mandata
mea non custodierint visitabo in virga iniquitates eorum et in ver
beribus plaga eorum Et quibus pp qm natura est iustitia ad habendam pace
et qm inimica est pci iniustitia vnde fabulosum quoq; de iustitia de
uata gente et miseros facit ploratu Et augustinus de ciuitate
dei Remota inquit iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia
Nam ut dicit Egidius in de regimine principum Sicut aua continet
corpus qm ea recedente dissoluit et marcescit sic iustitia retinet
vrbanitates ciuitates et regna quia iustitia sublata pax rupit
et vnusquisq; alienum ad se trahit et inique sibi vsurpat et pro
turbatio diuisio et vastitas regnorum et terrarum euenit et omnium
atq; nobilium dissensio Concludendo ergo collacionem dicit apostolus
ad philippenses iv Pax dei que exuperat omnem sensum custodiat corda
et intelligencias vestras in xpo ihu dno nro Hec cum pax celestis
est ipsum dnm ab omni intellectu creato incomprehensibilis deum
in secula benedictus Amen